


6.)

1978

M
487





AK 00

Mag 00

PRAECIPVIS DIFFICULTATIVS
IN PRACTICA MEDICINA
GENITALIS NEGOTIO

CHARLES ALBRECHT
PROFESSOR ET DOCTOR MEDICINÆ
ET CHIRURGIAE
ACVMNHOVE DI MEDICINA PRIVILEGIOS
EX LIBRIS DR. J. C. H. VON
PENNINGTON S. C. ALLEGVS MÆDECUS
PROFESSOR ET DOCTOR MEDICINÆ

EX OFFICIA ETATE AUREA

PRAECLARAE DIFFICULTATIBVS
IN EPIPHANIO ELOCUTIONIS
ANNIVERSARIE MECOIO

ET CINQUE
CARTULARIA PRAECEPTE
ACADEMIA INVENTA
OVA
CRODA DOCTORIS MEDICINAE
ET HERBORIGIAE
SCHOLÆ MEDICINA FRATERNORUM
CENSUS
HISTORIÆ CHRONICÆ HABITUS
ET

DE
PRAECIPVIS DIFFICVLTATIBVS
IN EXPLICANDO SECRETIONIS
ANIMALIS NEGOTIO

S P E C I M E N

QVOD

GRATIOSAE FACVLTTATI MEDICAE
IN ACADEMIA IENENSI
PRO
GRADV DOCTORIS MEDICINAE
ET CHIRVRGIAE
SVMMISQVE IN MEDICINA PRIVILEGIIS
EXHIBVIT
AVCTOR
HENRICVS CAROLVS HARDEGE
WERNIGERODANVS.

IENAE D. VIII. JAN. MDCCCLXXII.

*** EX OFFICINA STRAVSSIL. ***



DE
PRÆCIPIAS DILECTATIBAS
IN EXALCANDO SECRETIONIS
ANIMALIS NEGOTIO

SPICIMEN P 26
G 400
GRATIOSÆ FACULTATI MEDICÆ
IN ACAD. LINNÆSI
GRADU DOCENTI MEDICINÆ
ET CERUM
SUMMÆ IN MEDICINA PRÆLIEGENS
Kapsel 78 M 487 (6)
HNRIGA CAROLAS HARDGE
WERNIGEBOLENS

EX OFFICINA STRASSII



CELSISSIMO ATQVE ILLVSTRISSIMO

COMITI AC DOMINO

HENRICO ERNESTO

S. R. I. COMITI-STOLBERGAE, KOENIGSTEINII,
ROCHEFORTI, WERNIGERODAE, HOHENSTEINII,
DYNASTAE IN EPSTEIN, MVENTZENBERG,
BREVBERG, AIGMONT, LORA ET KLETTEN.
BERG, REGII ORDINIS DANICI DANE BROGICI
EQVITI, ECCLESIAE CATHEDRALIS HALBER-
STADIENSIS CANONICO REVERENDISSIMO,

DOMINO SVO

LONGE CLEMENTISSIMO

CELSISSIMO ALTAE FESTATISSIMO

COMITI AC DOMINO

HENRICO ERNSTO

SRL COMITI STOTTERIDGE, KÖLNISCHERINN
ROCHFORT, WILNOGOROW, HONNENTIN
DYNASTIE IN PESTEN, MINTZINGER
BIEBERG, VADOMSK, JORD ET KETTER
REIS, RICH ORDINIS DYNASTICUS
FESTAL, ECCLISIAE CATHEDRALIS HALFER
STADTINER CANONICO REAVERENDISSIMO

DOMINO SAV
LONGE CLEMENTISSIMO

CELSISSIMO ATQVE ILLVSTRISSIMO
COMITI AC DOMINO
CHRISTIANO FRIDERICO

S.R.I. COMITI STOLBERGAE, KOENIGSTEINII,
ROCHEFORTI, WERNIGERODAE ET HOHEN-
STEINII, DYNASTAE IN EPSTEIN, MÜNTZEN-
BERG, BREVBERG, AIGMONT, LORA ET
KLETTENBERG, NEC NON IN PETERSWAL-
DAV, KREPPELHOF ET IANNOWITZ SILESIAE,
ECCLESIAE CATHEDRALIS HALBERSTADIE-
SIS CANONICO REVERENDISSIMO

D O M I N O S V O
INDVLGENTISSIMO

CERTISSIMO ALTA PLASTRISIMO


COMITI AC DOMINO

CHRISTIANO FRIEDERCIO

GRATI COMITI STOLBERGVE, KOENIGSTEINII,
ROCHTHORII, WERNIGERODES ET HOHEN-
STEINI DUNSTAE IN PRISTIN, MUNSTER
ERRE, BREAVERG, ALGOMONT, FORA ET
KLETTENBERG, NEC NON IN LESTERSWAL-
DA, KREPPELHOF ET IANNOVITZ SIRVIAE
ECCLISIE CATHEDRALIS HALBERSTADTIN
SI CIVONICO REAVERENDISSIMO

D O M I N O S A V O

INDAUGENTISSIMO



PRAEFATIO.

LAETAMVR merito artem medicam, hoc ipso quo viuimus seculo, recentiorum industria mirifica cepisse incrementa, eamque nunc adeo exultam esse, vt inuentis aliquid addere, non admodum facilis res sit. Anatome vero, et quae animata definitur anatome, physiologia, prae ceteris medicinae partibus, post tempora RYVSCHII, BOERHAAVII, ALBINI, HALLERI, tot tantisque inuentis et emendationibus fulgent, vt merito dubites, nouis accessionibus abstrusa oeconomiae animalis negotia magis luci-



lucidari posse. Suis namque difficultatibus premitur doctrina physiologica, quas nec HALLERI sagacissimum ingenium penetrare potuit, quippe qui candide potius ubique indicauit, quo et quanta sint, quae hactenus ignoramus, et quae forte in omne aeuum nemo explicabit. Ut vero ex multis pauca adducam exempla, nemo ad hanc diem usque explicuit, cur fibrae animalis elementa coire ament in fila longa, ex quarum unione nascuntur ossa, musculi, nerui; nemo docuit, quae irritabilitatis sit causa; nam praeter irritabilitatis leges et phaenomena ignoramus omnia; nemo illustravit abstrusam sensationum theoriam, in qua multa latent. Nondum enim constat modus aut vera ratio, cur imago in retina inuerse picta exhibeat ideam corporis, quem nunc vulgo habemus. Quis definire audet, cur alius nerui quinti ramus odoris sensum excitare valeat, alii vero rami aliis functionibus inseruant? Dubia de motu musculari proposuerunt alii, praecipuum vero, quantum ego quidem scio, attigit nemo. Summa est nimurum celeritas, qua musculi perficitur actio, et facile quidem concipio, celerime influere liquidum illud, quod vocant nerveum, et ab eius irritatione, ad contractionem cieri fibram muscularam. Sed quae quaeſo vera causa, ut, prout vult homo, illoco pereat iterum irritationis effectus, contractio muscularis? Musicam seductus homo instrumentis admouere didicit digitos, ut celeritas, quia applicat vel remouet illos, omnem sensum effugiat. Docent physiologi, in motibus voluntariis influere liquidum nerveum pro arbitrio hominis. Sed dubito, quemquam cogitasse, requiri etiam, ut euanescat subito pro arbitrio hominis fluidi nervei stimulus, si cessare debet motus muscularis. Sed mitto has difficultates omnes, et me potius conuerto ad alias, quae concernunt theoriam mechanicam, de secretione fluidorum, in corpore potissimum animali. Quas quidem cogitationes meas, ut bene uolus lector benigne accipiat, etiam atque etiam rogo.

§. I.

Physiologie. Fita.

Phyiologia, quam **GALENVS** suo iam tempore doctrinam de vsu partium dixit, quaeue naturam hominis exponit, ex medicorum nempe definitione, antiquissimis temporibus non proorsus quidem neglecta fuit, recentioribus tamen magis culta. Occurrunt namque apud **HIPPOTRATEM**, **ARISTOTELEM**, et alios antiquorum temporum philosophos physiologica aliqua, immo **CICERO**, in libris de natura Deorum, fragmenta nonnulla physiologica nobis reliquit, quae lectu digna sunt, et non sine admiratio percipiuntur. Imprimis vero **GALENVS** princeps physiologorum dici meretur. Is enim vir polygraphus, qui tot libris inclaruit, primus omnium coepit physiologiam seorsim pertractare, ideoque studii physiologici conditor atque princeps auctor habendus est. Per tot secula deinde, et post renatas iamiam litteras, **GALENI** de vsu partium libri medicorum oracula fuerunt, ut piaculum fuisset, si quis de veritate dogmatum **GALENI** dubitassem. Quum enim **HARVEVS** detexisset circuitum sanguinis, multi fuerunt, qui cum **GALENO** suo errare malent, quam veritatem ab **HARVEO** detectam agnoscere. Quis enim ignorat ea, quae illo tempore gesta fuere? Altera physiologiae periodus ab **HARVEO** incipit; post eius tempora enim coeperunt medici omnem de fluidorum secretione, et solidorum nutritione, doctrinam, immo excretionum negotium, ex cognitis circulationis sanguinis legibus explicare. Anatome, nunc in dies magis exculta, mirum addebat incrementum studio physiologico. Quid enim doctrina de vsu partium, quarum ignoratur fabrica? Quum itaque subtiliorem anatomiam magis colerent medici, et cum fabrica hominis compararent fabricam brutorum aliorumque ani-



malium, atque *in viuis animalibus* experimenta instituerent, effectum est, vt nunc demum recte sentiret HALLERV, physiologam esse animatam anatomem. BOERHAAVIVS, HALLE-
RI praceptor immortalis, detectam ab HARVEO circulationem sanguinis, fundamenti loco posuit, et huic omnem de fluidorum secretionem theoriam superstruxit. Discipulus vero doctrinam de viribus, quae vitales dicuntur, irritabilitate nimirum ac sensibilitate, a se ornatam addidit, ac pro ea qua pollet ingenii acie, digestit omnia, quae veterum industria detexerat, et in opere physiologico summam eorum exhibuit, quae ab antiquissimis inde temporibus, ad nostra vsque, inuenta, et quae vera visa sunt viro illustri. Non multa sunt, quae STAH-
LIVS, et eius discipuli contulerunt ad incrementum studii physiologici, hinc attentionem nostram in praesens vix merentur. Superba vero gens iatromathematicorum credidit, se omnem mouisse lapidem, et abstrusa vitae animalis negotia ex principiis physlico-mechanicis explicuisse, vt de veritate calculi et demonstrationis, ne quidem dubitandum esset. Gloriantur enim, se inuenisse et vires, et leges virium, a quibus pendent phaenomena, et mundi totius, et oeconomiae vitaeque animalis. Horum vero audaciam acerbiori censura notarunt in primis BERTOLDVS *) aliique recentiorum, HALLERV ipse, qui tamen caute satis ex mechanismo explicuit vitae animalis negotia, et praeter vires physicas, vitales quoque, tanquam praecipuas causas functionum indicauit, non satisfecit III. VNZERO **), cui nouum debemus physiologiae sistema, quod omnem attentionem meretur, summanque auctoris ingenii aciem et doctrinam excellentiorem testatur. Sunt omnino multa in explicando secretionum negotio difficilia et in abstruso latentia, de quibus mox di-
cam.

*) Memorial — über die Nothwendigkeit und Art, die Arzneykunst von der grecischen Krankheit der Charlatanerie zu heilen. Zürich 1768. 8.

**) Erste Gründe einer Physiologie der eigentlichen thierischen Natur thierischer Körper. Leipzig. 1771. 8. Vorrede S. 3. et fere ubique.

cam. Iuuabit vero, quaedam de secretione in vniuersum de-
libare.

S. II.
Secretio.

Secerni dicitur a sanguine omnis humor, qui alias, quam
sanguis exhibet qualitates, idque in certis fieri constanter
organis, communi medicorum suffragio confirmatur. Sed la-
tiori sensu, vel strictiori haec intelligenda sunt. Quare di-
stinguunt inter secretionem perfectam et minus perfectam.
Est vero perfecta secretio, vera notii succi elaboratio, quae longo
demum perficitur tempore, et humorem exhibet, qui perfe-
ctionis notas haberet. Bilis, semen virile, liquidum nerueum,
lympba, huc referri solent. Aliud vero fluidorum genus mi-
nus elaboratum est, et fere simplici separatione a massa san-
guinis paratur. Eius generis sunt fluida, quae excrementi-
tia in scholis medicorum dici solent, vrina nempe, perspira-
bile cutis et pulmonum. Haec fluida nimirum simplici ratio-
ne per vasa sanguifera, horumque extremitates exhalant, et in
in remibus vrina, pars sanguinis magis aquosa, sale et terra
crassiori referta, sponte quasi separatur. Lac etiam, in mam-
mis mulierum et brutorum, vix ex sanguine arteriarum fecer-
nitur, sed chylus, sanguini diu permixtus, in cellulofam glan-
dularum mammae fabricam deponitur, ibique segregatur.
Distinguendum est itaque, inter veram secretionem, et simpli-
cem separationem. Haec nimirum, nullo fere negotio perficitur,
illa vero lente absoluuntur. Singula, quae in corpore
animali eiusque visceribus potissimum, fecernuntur fluida,
ad quatuor genera, concinme satis, HALLERVS reuocauit.
Sunt nempe humores aquei, mucilaginosi, gelatinosi, aut
denique oleosi. Horum varii, in massa sanguinis iamiam
perfecti reperiuntur, quod minuit omnino miraculum secre-
tionis, ut itaque res mira non sit, quod scripserint fide digni

sup

B 2

testes,

◆ ◆ ◆ ◆

testes, in quocunque colo quemcumque liquorem separari posse, et re vera separatum fuisse. Haec singula candidate HALLERVS exposuit, qui antecessores facile antecellit omnes, in arduo hoc explicando negotio. Iuuat omnino nouorum succorum elaborationem, horum in receptaculis propriis mora longa. Fit enim per resorptionem, dum fluida auferunt pars, succi elaboratio, inspissatio, atque hac ratione qualitas eius mirifice mutatur. Accedit, motum intestinum fluidi recenter secreti, praecipuam esse caussam, quae fluida mutat. Nec ignoramus fluida secreta, quae nobiliora dici merentur, mixta esse. Bilis, ut exemplum adducam, elaboratur ex sanguine lienis, venae portarum, pinguedine omenti; et hepar, viscus bilem secernens fouetur in abdomine, tanquam calidiori loco; forte putridus etiam fecum vapor accedit: ut intellectu fit facile, eius generis fluidum, quale bilis, secerni posse in hepate. Calor, conquaſſatio viscerum, irritabilitas horum; recte inter cauſas numerantur, quibus debetur qualitas secretorum fluidorum. Nolim negare velociem aut tardiorrem sanguinis motum, immo ductuum longitudinem, diametrum, directionem aliqua ratione iuuare secretionem ipsam. Hactenus omnia bene. Nimum vero inhaefisse multos opinioni, fabricam viscerum et vasorum, praecipuam esse secretionum cauſam, mox argumentis probare annitar. Sed audienda sunt prius, quae multi de hac secretionum cauſa docuere.

§. III.

De cauſa secretionum mechanica.

Post HARVEI tempora inprimis, cum vir immortalis phaenomenon circulationis sanguinis detexisset, schola iatro-mathematicorum extulit caput. BOERHAAVIVS fere primus excoluit theoriam de secretionibus, tanquam circuitus sanguinis per vasa effectibus praecipuis, et cum eo quo-

que consentit FR. HOFMANNVS, et horum discipuli omnes
stabilitam a praceptoribus doctrinam tanquam veram agno-
scere non dubitarunt. Nolo sermone prolixiori iatromathe-
maticorum dogmata praecipua repetere. Ex eorum scriptis
enim epitomen exhibuit HALLERV, nec ignora censere pos-
sum, quae toties repetita. Eo usque audacia recentiorum
quorundam processit, post tempora in primis WOLFFI, re-
centioris philosophi, ut ex mente horum corpus humanum
nihil aliud esset, quam machinae hydraulicae species. Quae
suo tempore in scriptis, BELLINVS, PITCARNE, KEIL et alii
de motu humorum per vas, ex legibus mechanicis et hy-
draulicis explicando docuerant, haec nimium exornarunt
recentiores, ex quibus vel solum IO. ERNEST. NEIFELD *)
nominasse sufficiat. Diu refutarunt alii errores circa calcu-
los horum virorum, et nimis ab instituto meo alienum esset,
si de his dicere vellem. Praecipua tamen, quae monenda
sunt, itidem HALLERV non neglexit. Errarunt in eo ple-
riique, cum viribus cordis nimium tribuerent, cuius vires
aestimarunt non pauci nimium, et cum pondere aliquot libra-
rum compararunt. E contrario alii potentiam cordis tan-
tummodo aliquot vnciarum aestimarunt, ut vel ex solo dis-
sensu iatromathematicorum appareat iamiam, vix fidem me-
reri calculos, quos geometrarum et algebraicorum more dede-
re. Sed haec omnia in praesens omitto, et tantummodo
circa generaliora quaedam subsisto. Ex mente mechanico-
rum, sic enim appellari volunt, praecipua causa secretionis
censetur sanguinis et cordis motus, nec non peculiaris vi-
serum fabrica, immo specifica grauitas, ut hoc utar vocabulo artis.
Motum vero humorum a structura vasorum,
quorum pertinet iter, flexio, capacitas, anguli, densitas
quoque, mutari, et a motus sanguinis mutatione pendere
vim viscerum praecipuam in succis elaborandis: ab his
odios

B 3

caussis,

*) Exstat viri Cl. liber de secretione humorum spec. I. Zullichau 1751.
spec. II. Glogoviae 1763. 8.



causis, inquam, totum negotium secretionis pendere, consentiunt omnes mechanici.

§. III.

Dubia videtur haec mechanica secretionis.

Nunc tandem proprius accedere licet ad argumentum meum, dubiam et parum firmam mihi hanc theoriam videri. Multa quidem opposuit iamiam HALLERV, et multa correxit quoque in ea doctrina, quam nunc aliis argumentis impugnare decreui. Ex mea enim sententia supersunt adhuc nonnulla, quae attentionem omnino merentur. Supponit haec theoria, secretionem esse effectum structurae et virium vasorum, in quibus contingit secretio. Sed quid quaeso dicendum esset, si vera, quae de generatione vasorum nuper docuit Cl. CASP. FRID. WOLF^{*)}? Affirmat namque sagacissimi vir ingenii, aliam partem corporis animalis, adeoque humani, post aliam nasci, primo apparere vesiculos, rimulas deinde, inque illis esse sanguinem, postea demum vasa nasci, et ultimo cor. Si vera sunt, repeto, quae vir Cl. de generatione per epigenesin tradidit, elaborantur in corpore animali succi, antequam adsint vasa. Quod vegetabilia attinget, idem vir eximiens, quem aduerfarium magni facit Perill. HALLERV, horum vasa admodum dubia reddidit, nam interstitia potius dicenda sunt, inter cellulas et bullas plantarum, quae vasa dixerunt alii. Sequitur itaque ex his, in animalibus aequo ac plantis, succos non elaborari a vasis, nam si vasa non adsunt, sed serius nascuntur, et tamen adest sanguis, neutiquam is humor purpureus a vasis elaboratur. Quod de sanguine verum est, de reliquis succis etiam valebit. Diu adfuisse cor, scribit Cl. wolffius antequam falleret, hinc neutiquam, in corpore quod nascitur, succorum elabo-

^{*)} in diff. Theoria Generationis, Hal. 1760. 4. Theorie von der Generation. Berlin 1764. 8.

elaboratio virium motus cordis et vasorum, motusque humorum ipsius effectus est habendus. Alibi expressis verbis negat Vir Cl. secretionem bilis et vrinæ esse effectum structuræ vasorum, et affirmat, in glandulis eiusdem fabricæ conglomeratis, succos diuersæ indolis separari *), qua in re consentientem etiam habet Perill. HALLERVM, qui docuit per obseruationes, in quounque colo quemcumque liquorem posse separari **), et in animalibus, quorum vasa diuerissima sunt, similes tamen elaborari succos ***). Sed mitto haec omnia, et potius me conuento ad dubium, quod ante me, quantum quidem scio, hactenus proposuit nemo. Monui iamiam, consenfu omnium physiologorum, secretionem succorum esse effectum virium et structuræ vasorum. Fabrica dicunt, organi secretorii, et motus sanguinis, praecipuae sunt conditions, a quibus pendet nouorum succorum elaboratio, seu, ut vocatur artis vocabulo, secrecio. Haec vero vasorum structura, a quibus, ex hypothesi, vis et efficacia pendet omnis, quam secretionis appellant caussam, nomine supponit vasorum nutritionem? Plerique physiologorum nutritionem partium animalium considerant tanquam secretionis effectum, et a succis secretis nutriti corpus statuunt. Haec licet negare nolim, fateri tamen cogor, me absque nutritione vix concipere posse secretionem, vt, inuerso potius ordine secrecio consideranda sit tanquam nutritionis partium effectus. Colatoria enim, in quibus sit secrecio, non secererent, nisi certa esset ac determinata horum fabrica, sed nonne haec fabrica vt per omne vitae spatium sit eadem, requirit, vt leges nutritionis viscerum sint, quae eandem conservant fabricam. Si itaque dicendum est, quod mihi verosimile videtur, persuasum habeo, vulgarem doctrinam de mechanismo secretionis, rem obscuram explicare per aequem

*) von der Generation S. 142. §. 3.

**) Elem. Phys. T. II. p. 369. et p. 474.

***) Ib. p. 475. fq.



obscuram. Quum enim interrogamus: quid est cauſa ſecreſtioſis: respondent: *fabiſca viſcerum*. Sed nunc interrogo? quid eſt cauſa huius fabricae viſcerum; et quid conſeruat hanc viſcerum fabricam: nonne nutritio eſt? Quis vero audet explicare leges, cur in organis colatoriis adeo diuerſae fabricae, alia nutritio fiat? Niſi enim haec eſſet nutritio, diuerſa in diuerſis organis colatoriis, viſcera non ſecernerent ſibi adeo diuſimilia fluida; ſiue vera ſit hypothefiſis epigeneticoſis, ſiue evolutioniſis, hoc nihil mutat. Nam ſemper in obſcuro latet modus nutritionis partium. Appositionem ſucci alibiſilis requiri, nemo negat; ſed, cur limitibus circumscripta ſit nutritio, nemo tam facile explicabit. In eo quidem al-labouerit Cl. WOLFIUS, ut explicaret mechanica quadam ratione, viſorum et viſcerum generationem, et oſtenderet, cur in animalibus oriatur cor, quod deſtit in plantis. Sed neque mihi, neque Perill, HALLERO ſatisfieſcit laudatus Vir acutissimi ingenii. Quare Perill, HALLERVS, cum non intelligeret ortum viſorum et viſcerum ex mente Cl. WOLFI, non du-bitauit, euolutioniſis hypothefiſin, tanquam magis probabilem commandare, eamque in opere physiologico defendere. Idem vero HALLERVS, plane natuſis, ut hypothefes fere omnes in theoria medica, aqua lance expenderet, et ubique indica-ret quid verofimile, quid falſum denique, tot argumentis et obſeruationibus probatum dedit, quemcunque humorem, quod antea iamiam monui, in quoconque fere organo ſecreto-rio poſſe ſecerni, immo humores in maſſa fanguinis iamiam fere perfeſtos latere. Haec vero, cum negari non poſſint, fatis abunde docent et confirmant, fluidorum ſecretionem vix vnicē deberi viſis viſcerum, harumque fabricam non eſſe veram cauſam ſecretionis, et nimium ornaſſe mechanica ſectae medicos doctrinam ſecretionis, quae totum fere negotium viſis tribuit. Sed ad alia progredior dubia.


§. V.

§. V.

*Nouum dubium: comparatio secretionis animalis cum
secretione plantarum.*

Solent fluidorum secretionem ex viscerum et vasorum structura explicare, quae mutat nimirum secundum leges hydraulicas, sanguinis, per vasā motum, cuius praecipua causa cor est. Haec, quae ex mea sententia limitanda sunt, confirmare student, comparata secrezione, quae fit in animalibus et plantis. Succos aiunt, in plantis dissimiles esse humoribus animalium. Concedo, gelatinosos humores succi genus esse, quod viribus animalibus fere solis debetur, adeoque a vī cordis et vasorum, ac calore animali potissimum elaboratur et perficitur. Sed varia monenda habeo. Et primo quidem, humores animalium a succis plantarum non adeo dissimiles reperio, quam vulgaris fert sententia. Distinguunt inter gelatinam et mucilaginem; illam animalibus propriam esse, hanc vegetabilibus, volunt. Sed reperitur omnino in sanguine atque humoribus ex sanguine secretis, vera mucilago. Nec dubitandum est, mucilaginem reperiri in sanguine animalium; vescuntur nimirum vegetabilibus, quae mucilagine turgent: haec mucilago a menstruis corporis animalis extrahitur in officina chyli, celerrime transit per vasa lactea, sanguini admiscetur, diuque per vasā immutabilis mouetur. Nec improbabile est, ex quorundam sententia, gelatinam animalē ex sola mucilaginis inspissatione nasci. Namque post repetitas circulationes condensatur demum mucilago, quae vasorum validam vim contractilem experitur. Iuuat hanc mucilaginis in gelatinam conuersiōnem calor animalis, fluidi per vasā absorbentia absorptio, et admixtio principii oleosi, quod in humoribus animalibus abundat, et cui debetur maior visciditas gelatinæ, qua differt a mucilagine. Sed gelatinosum illud principium non deest quoque in plantis, lucu-

30 min. operari 1939. *mucilaginosa* minima utrius lento
-sonis



lento testimonio, nimis generaliori sensu dixisse chemicos,
 gelatinam solummodo esse productum virium animalium.
 Quem fugit enim hodie, post repetita tentamina, quae olim
BECCARIA communicauit, in amylo ex tritico veram gela-
 tinam, animali similem reperiri? Putreficit namque aequa
 facile, ac gelatina animalis, et phosphorum ex tritico elabora-
 ri posse, quis hodie ignorat? Sed nonne in aliis farinaceis
 similem substantiam glutinosam aut gelatinosam reperire li-
 cet? utre vera cerealia, et leguminosa eiusdem sint indolis.
 Nec olera excludenda esse, mihi quidem persuadeo, quod
 brassicae foetor, dum putreficit, indicare videtur, et cuius rei
 meminit Perill. **HALLERV**, dum de chylificatione loquitur.
 Sed habemus praeципue radicem *Salab*, orchidis perficacae
 speciem, quae cum aqua cocta, tota soluitur in veram
 gelatinae speciem; ut attentionem chemicorum mereatur
 haec farinacea radicis *Salab* indoles, quae, cum forte pu-
 tressibilis natura eius pateret, a b. **KLEINIO** aliisque, cum
 Syrupis acidis in connubio praescribitur. Deinde quoque
 aliis argumentis comprobare possum, dissimilitudinem flu-
 idorum in animalibus et vegetabilibus non tantam esse, quan-
 tam vulgo affirmant. Aqueos, mucilaginosos, gelatinosos
 et oleosos denique humores omnes esse in corpore animali,
 ab **HALLERO** edoceti scimus. Sunt alii humores, qui ex me-
 moratis mixti, compositum constituunt genus. Similes hu-
 morum classes in vegetabilibus reperire licet: dantur nempe
 aquei; mucilaginei (ex quorum inspissatione nascitur gum-
 mi); resinosi, oleosi, et sic porro. Alius succus elaboratur
 in radicibus, in caule alius, et alius denique in nectariis
 florum et stigmate, et antheris. Haec itaque dum attento
 animo consideramus, nonne docent, similem fere in plantis
 fieri secretionem, ac fieri solet in animalium corporibus?
 Iam vero sciendum est, hanc secretionem in plantis fieri,
 et si plantis cor nullum sit, nec detur motus, quem comparare
 liceat cum motu fluidorum animalium. Patet itaque, vim et
 effica-

efficaciam motus fluidorum et vasorum, vix tantam esse posse, quantum vulgo quidem perhibent. Ne dicam, ab aliis negari vasā plantarum, eo nimurum sensū, quo a plerisque, in libris de anatomie et physiologia plantarum, assumuntur. Quae quidem cum animaduerterent nonnulli, eo usque audaces fuerunt in explicandis phaenomenis secretionis, ut non dubitarent, totum secretionis negotium cum phaenomenis tubulorum capillarium comparare, et ex sola fluidorum ad vasā adhaesione secretionem humorum explicare. Sed de his deinde sermo erit.

§. VI.

Idem argumentum continuatur.

Non miror, humores animales succis vegetabilium non adeo dissimiles esse. Nihil enim est in sanguine et humoribus ex sanguine secretis, quod antea non esset succus vegetabilis; id quod suo iam tempore sciuit BOERHAAVIUS, cum quaestione solueret: cur ex alimentis adeo diuersae indolis, ut primo videtur intuitu, idem chylus semper elaboretur? Substantia enim animalis, quae alimentum praebet carniuaris, (ex quorum classe et homo est), originem debet vegetabilibus. Ex chylo itaque, sibi fere semper simili, idem sanguis elaboratur, et partes sanguinem constituentes vegetabilis sunt prosapia, et dum in chylum et sanguinem conuertitur substantia vegetabilis, nihil fere mutatur, praeter structuram vegetabilium organicam, quae destruitur masticatione, trituratione et maceratione potissimum. Ab admixtis humoribus nostri corporis tunc demum assimilatur recens chylus, fluidum illud mixtum, ex partibus alimentorum et succis animalis corporis. Quam diu vero qualitas alimentorum immutata maneat in sanguine non solum, sed et liquidis ex sanguine secretis; id praeter Perill. HALLERVUM, quoque Perill. LINNEVS docuit, qui ambo hanc veritatem permultis exemplis con-

C 2

firma-



firmarunt. Si itaque verum sit, in sanguine humores fere iamiam perfecte elaboratos inueniri; sequitur omnino, non tantam esse vasorum vim et efficaciam in elaboratione fluidorum, quantam plerique physiologorum dixerunt. Accedit nunc alia similitudo, quam succos inter vegetabilium et animalium reperire licet. Sunt alii nempe animalium succi nutritioni destinati, alii vero excrementarii, alii denique ad generationem facientes. Eadem diuisio in plantis locum habet. Aegrotat et breui tempore moritur planta, cuius perspiratio immittitur. De succis plantam nutrientibus dubitat nemo. Nimia copia succorum in plantis, morbi species est; hinc si gummi vel resinam nimium stillat planta senescens, mortem instantem indicat. Est denique in antheris pollen, et in stigmate viscidus humor, sine quibus vix foecunditas locum habet. Nunc vero plantae neque cor habent, neque eandem vasorum structuram in plantis inuenimus, quae animalium essentiam constitut; hinc succos plantae secernunt similes animalibus, absque circulatione Harueana. Non etiam ab anima pendet secretio et nutritio; cum plantis anima sit nulla. Irritabilitatem inter caussas secretionis recepit Perill. HALLE-RVS, et nuperis experimentis Cl. GMELIN confirmauit, organa sexus plantarum praecipue irritabilia esse. Vero simile est, irritabilitatem organorum secretiorum illud negotium omnino iuuare. Pollen enim, quod in antheris reperitur, et viscidus atque oleosus humor, qui stigma plantae irrorare solet, sunt fluida, quae perfectionis notas exhibent, et in ea parte plantae elaborantur, quae prae ceteris eius partibus, maiori gradu irritabilitatis gaudet.

§. VII.

Minime omnium a grauitate specifica, viscerum secretio.

Venio ad hypothesin, quam exornauit in primis Ill. HAMBERGERVS, grauitatem nimium viscerum specificam, veram

veram esse secretionis causam. Ea vero hypothesis hodie exoleuit iterum, nec in tanta multitudine eruditorum, qui nunc in arte medica excellunt, quemquam scio, qui cum viro illustri sentiret; sed omnes e contrario negant, grauitatem specificam viscerum esse causam secretionis. Inprimis vero Perill. Hallerus exstitit aduersarius, qui censurae submitteret Viri celeberrimi dogmata, eaque negaret. Ac primo quidem prolixo satis et erudite iam olim recensuit in relationibus Goettingensium de rebus doctis *), eam de secretione doctrinam, quae illud negotium tribuit grauitati viscerum specificae. Sed ad eas obiectiones nemo respondit; altum potius apud omnes silentium testatur, recte sentire HALLERVUM. Obiectiones vero, quas loco citato exhibuit, sunt sequentes,

- 1) pondera specifica glandularum et viscerum, nec non humorum secretorum, nondum esse determinata;
- 2) exsiccationem partium et viscerum, et calculum pondorum ante et post exsiccationem, non sistere veram grauitatem specificam viscerum;
- 3) multo minus grauitatem specificam tunicarum interiorum vasorum fecerentium inueniri posse. Quis enim determinabit grauitatem specificam tubolorum fecerentium, qui cum vasculis capillaribus comparari possunt, adeoque non raro omnem effugient sensum?
- 4) omnes partes, adeoque viscera omnia, specificē grauiora esse, aqua; nam submergi in aqua: hinc ex legibus adhaesfionis omnem humorem in omnibus visceribus secerni posse;
- 5) leges adhaesfionis non esse in ratione, cum grauitate specifica corporum, quibus adhaerent alia corpora;
- 6) tabulas, quas communicauit Ill. HAMBERGERVS, de grauitate specifica viscerum et fluidorum secretorum, sibi contradicere. Bilis nempe et semen sunt fluida, quorum grauitas specifica reliquorum fluidorum grauitatem spe-

*) Goettingische Zeitungen 1751. 94. Sr. pag. 930-33.

siho specificam longe superat. Fluida specifica leuiora omni-
 spum, sine dubio sunt spiritus animales et perspiratio
 ouis insensibilis. Ex hypothesi itaque, hepar et testiculi de-
 berent esse organa, quorum specifica grauitas superaret re-
 liquas partes omnes; cerebrum vero et cutis deberent esse
 partes specificae leuiores. Sed propria experimenta Viri
 celeberrimi docent, hepar specifica leuius esse cerebro,
 et testiculos cerebro adhuc multo leuiores, omniumque
 partium minime densos; cutim vero, ex hypothesi le-
 uem, omnium maxime densam; ~~non habet sanguinem~~
 7) pancreas et glandulas salivales, grauitatem specificam
 exhibere longe diuersam, sicut 1590: 2136, et tamen
 similes succos in his organis fecerni;
 8) cerebrum et glandulas mesenterii ratione grauitatis
 specificae inter se proxime conuenire, attamen succos
 in his secretos dissimiles esse;
 9) cerebri substantiam corticalem et medullarem aequa-
 facile in aqua submergi; hinc potius in vtrisque aquam
 quam spiritus fecerni debere;
 10) aequa facile in cellulosam cutis penetrare oleum et
 aquam, et aequa facile in hac deponi in viuis corpori-
 bus, cum ex Viri celeberrimi hypothesi in ea vasa non
 deberet penetrare oleum, in quaen penetrat aqua; et v.
 11) glandulam cerebri mucum fecernentem, non esse re-
 liquis magis duram, sed mollissimam potius omnium,
 aequa mollem ac cerebrum, et pugnare cum Viri cele-
 berrimi principiis, mucum in ea glandula secretum re-
 forberi a venis sanguiferis; ~~non adcolitur ibi est vel~~
 12) non partes subtilissimas solummodo reforberi a tubu-
 lis cerebri, sed mercurium adeo ponderosum aequa
 facile penetrare in vasa subtiliora glandularum saliu-
 lium, quae ratione grauitatis specificae cum cerebro pro-
 xime conuenient. Omitto reliqua, et anatomica impra-
 mis, quae recentiorum industria emendauit. Haec ve-
 .22-020.289.26.46.1591 marginis old 1591

ro, quae hactenus tradidi, vel eam ob causam repetenda censui, cum animaduerterem, multos nescire, iam olim contra hanc hypothesisin dicta, quae non nullis arrisit, cum crederent, niti eam principis physicis. Nuper eandem hypothesis iterum sub limam reuocauit Perill. HALLERV^s *), et iisdem fere argumentis usus est, ad eam refutandam. Dicit namque

- 1) experimentis repugnare, a definitae densitatibus vase certos humores trahi, et multorum consensu, leges adhaesionis a Viro celeberrimo stabilitas, neutiquam inter veritates physicis locum mereri;
- 2) per quodcumque colum, quemcumque liquorem transire;
- 3) in animalibus, quorum vasa diversissimae sunt densitatibus, tamen simillimos humores percolari;
- 4) non recte definitum esse pondus specificum;
- 5) neque pondera viscerum a Cel. Viro definita esse, in ratione ponderum humorum;
- 6) adhaesionem in humoribus motis parum efficere.

§. VIII.

Argumentum continuatur.

Si fateri licet, quod sentio, desperandum est nobis de explicanda vera secretionum causa. Ponamus enim, verissima esse omnia, quae nos docuit Ill. HAMBERGERVS de secretionibus; tantum abest, ut causa secretionis nobis sit nota, vt potius videatur, naturam illud mysterium mirifice occultasse. Ponamus repeto, vera esse, quae tradidit Vir. Illustris, nihil aliud profecto docuisse, quam, esse legem naturae, secerni semper in visceribus definitae grauitatis specificae humores, quorum grauitas specifica est in ratione grauitatis specificae colatorii. Eset itaque Viri illustris doctrina obseruatio constans, quam vocare solent legem naturae, seu esset, ut verbo

*) Elementa Physiol. T. II. in primis p. 479, et si huc pertineant, quae pag. 473. s. dista sunt.

complectar, phaenomenon quod constanter eodem contingit modo. Aliud vero est phaenomenon; aliud phaenomeni ratio. Sed multa sunt, quae dubitare me iubent, vera esse, quae de secretione humorum in visceribus definita grauitatis specificae traduntur. Et recte quidem negatur, veram viscerum grauitatem specificam per experimenta nunc esse notam: Viscerum enim grauitas specifica nulla ratione per exsiccationem inuenitur. Quem fugit enim, viscerum densitatem et mollitatem admodum diuersam esse? Sed nonne viscer, quorum compages solidior est, citius fere putrefact, destruuntur et mutantur, quam ut per exsiccationem inuenire possimus eorum pondus? Quid dicam de pondere parietum vasorum capillarium? restat de his dixit HALLERVS: nemini horum pondus posse definire. Et leges quod attinet adhaesionis, miror, hodie quemquam harum veritatem defendere posse, quam nemo amplius credit. Est sane impudentiae summum genus, tot viros celeberrimos, qui nostrar aetate in arte chemica, medica et physica excellunt, quiae de his rebus iudicare possunt, et negant veritatem legum adhaesionis, accusare ignorantiae legum naturae. Consentunt vero hodie omnes cum MUSCHENBROECKIO, et toe tantorumque virorum confensus, qui exemplis permultis docuerunt, leges illas adhaesionis, de quibus nemo fermo est, a vero aberrare, nos dubitare non finit, a quanam partem veritas. Est etiam magni momenti, quicunque humorum in diuersis organis nonnunquam secerni, quod sat validis argumentis probavit HALLERVS. Hactenus nonnullas difficultates in explicando negotio secretionis proposui sed plures recensere possem, si infiniti mei ratio permetteret. Sufficit probasse, multa desiderari in ea doctrina, que omnem secretionem tanquam effectum actionis vasorum considerat, et ad succorum elaborationem, praeter mechanismum, requirit nihil. Viribus potissimum vitalibus in corpore animali tribuendum esse, vt fiat secretio in organis secretoriis, persussum habeo. Fortasse sunt etiam in plantis vires vitales, quas hodie ignoramus adhuc; saltim valde probable videtur, dari praeter mechanismum in plantis vitales quoque vires: nam sola va-
-rnum strutura et fluidorum in vasis motus ad instar tubulorum capilla-
-rum vix sufficere mihi videtur, vt fiat fluidorum et succorum
-elaboratio. Sed haec sufficiant.

Kapsel 78 M 487 (6)



133.

~~#~~

92
76



DE
PRAECIPVIS DIFFICVLTATIBVS
IN EXPLICANDO SECRETIONIS
ANIMALIS NEGOTIO

S P E C I M E N

Q V O D

GRATIOSAE FACVLTTATI MEDICAE
IN ACADEMIA IENENSI
PRO
GRADV DOCTORIS MEDICINAE
ET CHIRVRGIAE
SVMMISQVE IN MEDICINA PRIVILEGIIS
EXHIBVIT
AVCTOR
HENRICVS CAROLVS HARDEGE
WERNIGERODANVS.

IENAE D. VIII. JAN. MDCCCLXXIV.

EX OFFICINA STRAVSSIL.

